

Johann Gabriel Pries

**De Voluptate Ex Religione Percipienda : Pavca Praefatvs Ad Natalem ... Domini  
Friderici, Dvcis Regnantis Megapolitani, ... Die IX. Novembr. A. R. S. MDCCLXIX.  
... Pvblica Pietate Celebrandvm ... Invitat**


Rostochii: Litteris Adlerianis, [1769]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn881599204>

Druck Freier  Zugang









*MK-9453. (2)*



















13  
DE  
VOLVPTATE EX RELIGIONE PERCIPIENDA  
PAVCA PRAEFATVS,

AD NATALEM  
SERENISSIMI DVCIS, PRINCIPIS AC DOMINI,  
DOMINI  
FRIDERICI,  
DVCIS REGNANTIS MEGAPOLITANI,  
PRINCIPIS VETVSTAE GENTIS HENETAE, SVERINI  
AC RACEBURGI, COMITIS ITEM SVERINENSIS,  
TERRARVM ROSTOCHII, AC STARGARDIAE  
DYNASTAE,  
DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI,

DIE IX. NOVEMBR. A. R. S. c. b. 15 CCLXIX.

DIVINIS AVSPICIIS

REDEVNTEM,

MINIORIBVSQVE ORATIONIBVS

IN GYMNASII AVDITORIO MAIORI

HORA III. A MERIDIE

PVBLICA PIETATE CELEBRANDVM,


PATRES VTRIVSQUE REI PVBLICAE

OMNI, QVA FIERI POTEST, OBSERVANTIA  
INVITAT

M. I. O. GABR. PRIES,

DVCALIS GYMNASII GVSTROVIENSIS RECTOR.

ROSTOCHII,  
LITTERIS ADLERIANIS.





VOLUNTATE ET RATIONE MERITO ENDA  
SANTA PATRIAE

AD NATALIA

SEMPERQUE DVM INK IHS AC DOMINI

DOMINI

F R I D E R I C I

DUCIS BRANIBURGENSIS MEGALOPOLITANI  
PRINCIPIS VETUSTAE CIVITATIS HENNINIS SVENINII  
AC RAGEBURGI. COMITIS ITEM SVBIVINENSIS  
TERRARVM ROSTORINI AC STAROGARDINAE  
BYRANSTAL

DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI

DE DIE IX NOVEMBRIS A. 1743. BOCCIKIX  
D. DIVINE A. 1743. 1743

CONFERENTIAE NOSTRAE GRATIOMIBVS  
D. GYMNASII ADIUTORIO NAHOII

PATRES VTRIVSQVE RELIGIOSAE


OMNI QVI TIBI VOISET, OBRVANTIA  
INVITAT

M. IO. GABR. FRIE


BYRANSTAL GYMNASII ADIUTORIO NAHOII

ROSTORINI

LITERARIS ADIUTORIO







Vehementem animi, qua ad voluptatem ducimur, propensionem ab ipso DEO, sapientissimo humanae naturae auctore, nobis esse ingeneratam, nemo aequus rerum aestimator in dubium atque incertum vnquam reuocabit. Est enim haec mentis nostrae indoles atque natura, vt, quae nobis placent, auide cupimus, quae vero nobis displicent, omni fugiamus studio. Nam ipsa lex, quam mens nostra in concupiscendo obseruat, id a nobis efflagitat, vt ne vllam quidem nostra sponte suscipiamus actionem, nisi habeat oblectationem. Legum enim summa, quas morum doctrina, aut iuris naturae scientia mortalium vnicuique praescribit, eo spectat, vt perpetua floreamus felicitate, et, quae inde percipitur, fruamur voluptate. Confirmat hanc nostram sententiam sapientissima rerum ordinatio, quae hunc constituunt mundum. Amoenissimum et omnium deliciarum genere copiosum domicilium hominibus est diuinitus constitutum. Quam pulchra est huius vniuersi species! quam vere insatiabilem vocat Cicero; quam exquisitus ornatus in coloribus

) 2

et



et figuris! quantum pratorum decus! quanta florum varietas!  
agrorum vbertas! et ciborum dulcedo! Quorsum haec omnia!  
eo, inquam, vt ad animum nostrum per corpus tanta istarum  
rerum iucunditas perueniat, cuius vero pars maxima plane pe-  
ririt, si alia esset corporis humani membrorum, quorum ope  
sentimus, constitutio, aut cerebri structura leuiter tantum mu-  
raretur. Sunt haec adeo clara et certa, vt vix vllus de iis du-  
bitare possit, nisi sit adeo tristis, et vsque eo difficilis, vt vix  
DEVS ipsi satisfacere possit.

Est igitur humanae naturae vtique conueniens, vt tan-  
tam, quantam modo capere possumus, quaeramus oblectatio-  
nem. In eius vero quantitate diiudicanda intelligentiae alicui-  
us rei perfectionum ratio est in primis habenda. Quo maior  
enim haec est, et quo plures sunt eius proprietates, eo magis  
succrescat voluptas, est necesse. Vanam vero, fictam et cras-  
sam voluptatem a vera, de qua modo disputamus, hic distrahi  
et segregari, vix est, quod nos moneamus. Fuit enim haec  
iam ex Epicuri et eius saniorum discipulorum mente virtuti ini-  
mica, honestati contraria, et quasi esca malorum, qua homi-  
nes, vt pisces, hamo capiuntur. Potest tamen, ne quid dissi-  
mulemus, interdum cum vera esse coniuncta perfectione. Erit  
vero tum eo minor voluptas, quo maior rei imperfectio. Quo  
magis igitur ad veritatem accedit, eo maiori in pretio erit ha-  
benda. Nec huc impura erit trahenda. Dolorem enim et  
molestiam adfert, sicuti pura semper animum reficit, atque re-  
creat, quare et eo maior est delectatio, quo purior est. Magis  
quoque gaudemus rebus, nostrae naturae praestantia digniori-  
bus, quam nullius fere pretii. Pueri modo res habent in deli-  
ciis atque in delectamentis, quarum tamen ipsos ea, qua ad in-  
genii maturitatem peruenerunt, aetate taedet. Augetur insu-  
per voluptas, quo maior est perfectionum numerus et varie-  
tas, quo diutius res, quae nobis sunt iucundae, perdurant, et  
quo plures alias obscurat delicias. Accedit denique cumulus,  
quo minus obscura et dubia, et quo clarior et certior bonorum  
istorum, quae nobis sunt iucunditati, est intelligentia.

Quodsi quis nunc quaerat: vnde haec capi possit voluptas?  
ex religione, eaque sola, respondeo. Haec enim est DEI cultus,  
quo



quo propter eius proprietates, omniscientiam, omnipraesentiam, iustitiam et alias, nonnullas ex arbitrio nostro pendentes suscipimus actiones, alias omittimus. DEVM nos colimus et veneramur, naturam omnium perfectissimam, in qua tot et tantae sunt perfectiones, quot et quantae in infinito esse possunt spiritu. Religio igitur mortalium mentem, quae densissimis inuoluta est tenebris, optimarum rerum cognitione illustrat, voluntatemque caussis, quibus grauiores et nobiliores non esse, sapientissimus quisque intelligit, ad agendum impellit. Ex quo efficitur, vt bonus et pius, quum omnia magna sanctitate gerat, in omni vita incredibili efferatur gaudio.

Longe clarius hoc erit, si religionem in relatione ad eos, quos modo diximus, spectamus gradus. Vera primum homines sanctos, integros et iustos perfundit iucunditate. Falsa enim atque adparens proficiscitur ex boni alicuius cognitione, quod in re, quae nobis in deliciis est, non inest, aut melius et maius esse videtur, quam est. DEO vero nihil est maius, nihil praestantius, ac melius. Res finitae quidem, in quibus non quoduis bonum atque iucundum esse potest, nos in errorem inducere possunt, non vero religio. Nam praesumptae de DEO rebusque diuinis opiniones intellectus humani vitiiis et corruptelae, minime religioni, erunt tribuendae. Patet deinde religiosi ad purissimam voluptatem aditus. Sunt enim in DEO proprietates optimae et perfectissimae. Sed res, quae extra DEVM sunt, non sunt omnibus absolutae numeris, vnde fit, vt et placeant, et displiceant. Parit post haec religio voluptatem, qua nulla nobilior nostraque natura dignior. Consentit enim sanctus et religiosus tota cum ciuitate DEI, et ad eius gloriam et honorem, in quo huius vniuersi finis consistit, suos componit mores. Quam ob rem nefas et inexpiabile crimen recte putat, res, quae ad DEVM ne comparandae quidem sunt, iusto vehementius concupiscere, aut iis honorem tribuere, qualis soli DEO est habendus. Constans tum est voluptas, ad quam nos allicit religio. DEVS, qui necessario existit, omnis interitus est plane expers, nec vlla eius proprietas mutationi est obnoxia, nihilque DEO et in hac et in futura vita omnibus ac singulis est magis necessarium et vtilius. Res vero mortales in

173 I ( 3 horas



horas mutantur, velociter et rapide decurrunt, nec omnibus omni tempore sunt vsui et commodo, quare et delectatio de iis ad breue exiguumque durat tempus. Infirmat denique ceteras voluptates et taedia. Sanctus enim in DEO, in quo quoduis optimum intelligit, semper adquiescit, et in rebus aduersis melioris vitae spe et fiducia animum semper erigit. Cogites, quaeso, de testium doctrinae caelestis laetitia, inter grauissimos cruciatus fatis conspicua. Nec vlla voluptas clarior esse potest, quam ea, qua religio animum explet. Proficiscuntur enim a DEI decreto, quotquot in singulis mundi partibus sunt perfectiones, sed his longe maiores et plures in DEO, mundi auctore et conditore, esse, religiosus habet cognitum atque respectum, quare et oblectatio de DEO rebusque diuinis in religioso ceteras omnes luminis claritate superat. Est tandem minime dubia, sed certissima. Diuinas enim proprietates ex sana ratione et ope experientiae nostrae demonstramus, atque probamus, quidquid enim sub sensus nostros cadit, id ex DEI, summi rerum mortalium moderatoris, nutu pendet. Et ipsa historia, tam sacra, quam profana, testis est, quot et quanta sint perfectiones, quas in DEO intueri possumus. Quam fallax vero, quam incerta, et dubia de rebus finitis atque creatis nostra sit oblectatio, qui nesciat, arbitror fore neminem. Quodsi igitur quis magis rebus humanis, quam diuinis, oblectetur, hoc non religioni, sed intellectus ac voluntatis humanae labi et corruptelae erit imputandum. Sed fortasse dixeris: sunt tamen in religione quam multa molesta, ingrata, et minus iucunda, v.g. praecipit abnegationem. At religio non denegat naturae nostrae iucunda, interdici mur modo iis, quae ita esse videntur, tamen non sunt, aut non eo, quem tu putas, respectu, hincque rectius pro verac laetitiae impedimentis habentur.

Ad hanc, de qua paucis modo disputauimus, oblectationem percipiendam allicit nos et ducit Natalis FRIDERICI, Ducis nostri Augustissimi, et Patris patriae Optimi, quo pro eius salute et prosperitate DEO O. M. in hoc bonarum artium sacrario vota sunt persoluenda. Testes nostrae laetitiae, nostraeque simul pietatis interpretes erunt nonnulli iuuenes lectissimi, hoc ordine dicturi,

I. GVI.




- I. GYLIELMVS CONRADVS STVDEMVND, Lübitziensis,  
De Principum Natali, Ciuum laetitia orationem habe-  
bit gallicam.
- II. HELMVTH FRIDERICVS GRAGETOPF, Gerstorfiensis,  
De Ciuum felicitate, Principum laetitia latine dicet.
- III. IUSTVS HENRICVS A BÜLOW, Dobbertinensis,  
De magno Principe, non fortuna, sed virtute dimetiendo  
teutonice edifferet.
- IIII. IOANNES GVSTAVVS A WICK, Guftrouienfis,  
De Principum praemiis carmen recitabit germanicum.
- V. CHRISTIANVS DAVID SCHOENBERG, Suerinensis,  
Horatii verba: Iura inuenta metu iniusti, Satyr. Libr. I.  
Satyr. III, v. III. oratione declarabit germanica.
- VI. ENOCH GVSTAVVS ZANDER, Guftrouienfis,  
Non omnem Principem magnum, esse bonum sermone  
probabit patrio.
- VII. PETRVS BENEDICTVS CHRISTIANVS GRAVMANN,  
Warenienfis,  
Horatii versum: Priuatusque magis viuam te rege beatus:  
loco citato versu 142. carmine latino vberius expli-  
cabit.
- VIII. IOANNES DAVID TARNOW, Rostochienfis,  
De Principe, DEO simillimo: duce Plinio in Panegyrr.  
Cap. 7. latine declamabit.
- VIIII. LVDOVICVS MAGNVS FRIDERICVS GLVER,  
Wattmanshagienfis,  
Iuuenalis versus: Ad generum Cereris sine caede et san-  
guine pauci  
Descendunt Reges, et sicca morte tyranni: Satyr. X.  
v. 112. carmine latino interpretabitur.

Et



Et  
X. ERNESTVS IVSTVS GODOFREDVS WIECHARDT,  
Sulza-Megapol.  
FRIDERICVM, Ducem Optimum carmine germa-  
nico canet, et pro eius salute, et totius Domus Me-  
clenburgicae prosperitate vota nuncupabit.

Nouo sibi nos obstringent beneficio, qui splendide et  
indulgenter adesse voluerint Maecenates, et iuuentutis in spem  
patriae succrescentis Patroni, Fautoresque Optimi et Summi,  
P. P. Gustrouiae die VIII. Nouembris  
A. R. S. cl̄o CCLXIX.






















als auf den Staat seyn. Er wird einer zügellosen  
heit, woraus Spaltungen, Sectirerey, Verfol-  
d Notten entspringen, mit sanftmüthigem Ernst  
hun. Er weiß es, daß die Religion, die Christus  
dem Staate gute Bürger, arbeitsame, aufrichtige,  
ehrlische und rechtschaffene Unterthanen verschaffet.  
es, daß die so theuer erworbene Bekenntnißbücher  
irche eine Schutzwehr unsrer Ruhe und Sicherheit  
onsübungen sind. Er wird daher diese gegen alle  
ngen in seinen Schutz nehmen. Dem Höchsten  
! daß wir noch in so manchem Minister, von dessen  
Weisheit und Klugheit die Wohlfahrt ganzer  
abhänget, einen Freund Christi, der seiner Reli-  
e macht, hochzuschätzen, das Glück und die Freude

dieser Betrachtung giebt mir die milde Stiftung,  
thätige Gesinnung Sr. Excellenz des Hochwohl-  
en Herrn, Herrn Christian Ulrich von Ke-  
— — — gegen unsern Musentempel Gele-  
Nach diesem Institut, welches dem Herrn Behei-  
zum unvergeßlichen Ruhm gereichen wird, soll das  
t der Reformation des großen Luthers am 31sten  
durch eine deutsche Rede, welche der Feyer dieses  
maß ist, vor den öffentlichen Lehrstunden dem Höch-  
Preise jährlich erneuert, und unter fleißige und ge-  
schüler Bücher ausgetheilet werden. Keine Zeit  
wohl mehr die Erneuerung dieser Wohlthaten, wel-  
seiner Kirche erwiesen, als eben die gegenwärtige,  
e von so vielen verkannt werden. Der Herr Ge-  
th hatte im vorigen Jahre sein funfzigjähriges Amts-  
auf einem seiner Rittergüter gefeyret, und war  
n von dem Allerhöchsten mit vieler Munterkeit des  
und Leibes gesegneten hohen Alter von einer zahl-  
reichen

